Quelle: http://manuscripta.at/?ID=1234
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



examinatur argentum.
Induxisti nos in laqueum: posuisti tribulationes
in dorso nro: imposuisti homines sup capita nra.
Transiuimus per ignem & aquam: & eduxisti nos
in refrigerium.
Introibo in domum tuam in holocaustis: reddam
tibi uota mea quae distinxerunt labia mea.
Et locutum est os meu in tribulatione mea.
Holocausta medullata offeram tibi cum incensu
arietum: offeram tibi boues cum hircis. Op.
Venite audite & narrabo omnes qui timetis dm:
quanta fecit animę meae.
Ad ipsum ore meo clamaui: & exaltaui sub lingua
mea.
Iniquitate si aspexi in corde meo: non exaudiet dns.
Propterea exaudiuit ds: & attendit uoci deprecationis meae.
Benedictus ds: qui non amouit orationem meam.